

6





E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii direttore

**a. 1857 hereditate relictis.**

*J. o. 1027.*











2 575

DODECAS  
OBSERVATIONVM  
PHILOLOGICARVM,

quas  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORVSSLÆ, MARCHIONE BRANDENB.  
CETERA, ET DVCATVS MAGDEB. GVBERNATORE,  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

**IO. HENRICO MICHAELIS,**  
GRAECAE ET ORIENTAL. LINGVARVM  
P. P. ORDIN.

PRO PRIVILEGIIS ET HONORIBVS MAGISTRI PHILO-  
SOPHIAE ET ARTIVM RITE CONSEQUENTIS.  
eruditorum examini sistet

**MARTINVS MVSIG**

LVSATVS,

A. D. XX. Maji An. c1o1oCCVII.

---

*HALÆ, Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typ. 1707.*



ORSEY T. O. V. M.  
PHILOLOGICAL  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
D. P. H. T. P. O. W. H. I. L. I. A. M.  
P. R. I. N. C. I. P. I. P. E. T. V. A. R. I. T. I. O. N. E. B. R. A. N. D. E. L. I.  
P. T. E. R. A. P. T. O. L. I. T. I. C. A. E. C. O. N. S. T. I. T. U. T. O. R. E.  
M. A. G. I. S. T. R. O. L. I. T. E. R. A. D. E. H. I. S. T. O. R. I. A. N. A.  
I. O. H. A. N. N. E. S. O. M. M. I. H. A. L. L. I. S.  
C. H. A. R. A. C. T. E. R. I. S. T. I. C. I. S. I. N. T. R. O. D. U. C. T. I. O. N. E.  
P. R. O. S. P. E. R. I. T. I. O. N. E. S. E. T. I. O. R. I. S. I. N. T. R. O. D. U. C. T. I. O. N. E.  
M. A. R. T. I. N. I. V. S. M. A. S. I. G.  
L. V. S. T. A. T. V. S.  
A. D. X. M. I. L. L. I. S. C. O. M. M. I. S. S. I. S. S. I. M. O.  
I. N. T. E. M. P. T. I. S. T. O. P. H. I. A. N. D. R. A. E. X. E. N. T. I. A. L. I. S. P. V. O. P.







THES. I.



Et ἐκλεκτὴν κίρταν, 2. *Joh. 1.* neutiquam ecclesiam, sed sceminam quandam pietate virtutibusque præstantem intelligi, eruditissimorum interpretum est sententia. Nec vilo temere exemplo comprobari potest, Apostolos ita ecclesiam allocutos fuisse.

Non æque expeditum, sitne nomen appellativum, quæ est B. Lutheri nostri sententia; an proprium, quod alii putant. Proprium esse posse non tantum ex eo constat, quod nomen ELECTI inter coniuratos aduersus Commodum apud *Herodian. l. 1. c. 16. & 17.* legitur; sed etiam hoc exemplo, quod SANCTVS apud *Eusebium hist. eccles. l. 5. c. 1.* sit nomen proprium celeberrimi illius diaconi, qui a præside pluribus interrogatus, quisnam & cuius esset, & quibus ortus parentibus, cuius professionis & ætatis? ad singula non aliud respondit, quam Christianus sum. *vid. Paulus Colomesius in obseru. sacris pag. 62.* Sententia tamen & versio B. Lutheri tutissime retinetur, & sufficienter ex collato v. 13. huius epistolæ & *Rom. XVI, 13.* probatur.

A 2

THES.





THES. II.


Electæ huius liberos matri plane fuisse similes, pietate moribusque sanctis conspicuos, scriptor diuinus dubitare nos non finit, cum addat: *ὅς ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ.* Quæ loquendi ratio, etsi respondeat Ebrææ *אמת*, emphasin vocis tamen non satis exprimunt, qui hoc interpretantur *sincere*, cum haud dubio Ioannes etiam respiciat ad *ἀλήθειαν*, quæ est in Christo Iesu, *Ephes. IV, 21.* & hinc solis Christianis propria, adeo vt quidquid agant, id agant, *ἀληθῶς* sine vlllo fūco, qui ne locum quidem apud eos habet, & ita quoque se invicem amant.

THES. III.

Τὸ ἀληθινόν interdum quidem significat *verum* in verbis, sæpe tamen etiam sumitur de eo, quod natura & reuera est id quod dicitur, & opponitur fictio, siue ei, quod speciem tantum rei habet. Hæc significatio etiam apud Lucianum aliosque in vsu est, id quod recte probat Lambertus Bos, in *exercitationibus philologicis*, in quibus noui fœderis nonnulla ex profanis maxime auctoribus illustrantur, *Franckera 1700. editis.* Et sic intelligendus est locus *1. Thessal. I, 9.* *ἀγαπῶν θεῶν ζῶντι καὶ ἀληθινῶν*, quippe, vbi Deus viuus & verus opponitur idolis gentilium, qui nec viuebant, nec reuera id erant quod dicebantur. Parimodo vox ista capitur *1. Ioh. V, 20.* *ὁτός ἐστιν ὁ ἀληθινός θεός καὶ ἡ ζωὴ αἰώνι* & statim sequitur *v. 21. τεκνία φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων.*

THES.





THES. IV.

Rationes, cur Deus animalia quædam impura pronuntiaverit *Lev. XI. & Deut. XIV. cap.* a variis variæ afferuntur, maximumque in iis explicandis studium adhibuit Bochartus in *Hierozoico*. Mihi si non æque curiosus, certe multo vtilior labor eorum videtur, qui Deum simul nefanda hominum impurorum vitia, quæ detestatur, & quæ nos summo studio euitare voluit, hisce adumbrata fuisse contendunt. Hanc explicandi has leges rationem ex veteribus ingressus est *S. Barnabas*, si modo epistola, quæ eius nomen præfert, illi tribuenda, qua de re tamen nonnulli admodum dubitant. Interim moralis quam attulit animalium impurorum explicatio, laudatur a *Clemente Alexandrino Strom. l. 2. § 5.* Exemplum autem ei præiuerat *Philo Iudæus*, nec non *Aristæus* ex mente *Eleazari Pontificis* apud *Eusebium præparat. euang. lib. 8. p. 370. seqq.*

THES. V.

Quando itaque dicitur *Lev. XI. 13. nec manducabis aquilam, neque accipitrem, neque coruum*, eleganter hoc *Barnabas* ita explicat: non adhærebis neque assimilaberis iis hominibus, qui nesciunt sibi labore ac sudore parare victum, sed aliena rapiunt inique: & cum videantur in simplicitate ambulare, tamen aliis insidiantur. Hæ siquidem aues, si otiosæ sedent, quærunt, quomodo alienas carnes deuorent, suntque in malitia sua pestifera. Cæterum quod *Barnabas* de natura ani-

A 3

ra ani-





ra animalium impurorum magis sæpe secundum opinionem vulgi, quam ἀνθρώπων Philosophorum locutus sit, neutiquam inficiandum; an vero inde recte concludatur, auctorem huius epistolæ neutiquam esse Barnabam, aliis diiudicandum reliquo.

THES. VI.

Quid, per τὰ ἐπίγεια & per τὰ ἐμπόσια Ioh. III. 12. intelligatur non æque planum prima fronte videri poterat; sed nihil obstat, quo minus mysteria & beneficia diuina, quæ conferuntur in terra, & fiunt in homine, dum ille est terræ incola, ἐπίγεια seu terrestria dici admittamus. Hæc enim licet in se spectata iudem non æque ab omnibus intelligantur; iis tamen, quæ propius Deum spectant, & sanctissimam Trinitatem, aut quæ in cœlis fiunt & peraguntur comparata, captu longe sunt facilliora. Atque talia fuerant, de quibus cum Nicodemo hactenus locutus fuerat Sator, quæ vti ab illo intelligi & potuissent & debuissent, ita sane cuncta ex illorum erant numero, quæ in terris, etsi quod ad ipsa mysteria attinet, modo spirituali peragebantur, ideoque recte vocabantur ἐπίγεια seu terrestria. Hæc Origenis quoque & Ammonii aliorumque fuit sententia, quæ pluribus confirmatur in *vesperis Græninganis pag. 93. seqq.*

THES. VII.

Particulas tum in lingua Ebraica, tum in Græca, magni momenti esse, & in scripturæ interpretatione neutiquam insuper habendas, iam pridem recte mo.



✿ (7) ✿

monuerunt viri docti. Exemplo esse potest particula  
*va*. Hanc non tantum *profecto*, sed & *obsecro*, *quæso*  
*te* significare, bene quidem obseruauit Glassius in *Gram-*  
*matica sacra lib. III. Tract. V. can. 17. & lib. III. Tract.*  
*VIII. cap. 1.* Hinc *Matth. XV, 27* vbi mulier Cana-  
 naea, cum Christus ei non videbatur concedere, quod  
 petebat, vehementius orando instabat, dicens: *va*  
*κύριε*, hoc iuxta Glassium est, *obsecro, quæso te Do-*  
 mine; sed concinnior est interpretatio per: *esto*,  
 quod docet Paulus Colomesius in *obseruat. sacris pag.*  
*34.* hoc sensu: *Sit sane, vt dicis Domine, te ob Iudæos*  
*venisse, ad eos solos seruandos; tamen immensam tuam*  
*bonitatem non restringi, pro certo habeo. Conf. & Pricæus*  
 ad hunc locum.

### THES. IIX.

Verba quæ extant *Ebr. XIII, 20* ἐν αἱματι διαθή-  
 κης, *per sanguinem testamenti*, referenda potius viden-  
 tur ad id, quod proxime præcedit, ποιμένα τὸν μέγαν,  
 quam ad remotius illud: ἀναγὰγον. Namque Chri-  
 stum virtute ac merito sanguinis sui resuscitatum esse  
 a mortuis, dici ita commode nequit; bene tamen, quod  
 per sanguinem suum magnus pastor constitutus sit.  
 Nisi enim sanguinem effudisset, non esset ecclesiæ dux  
 & pastor, qui per sanguinem sibi ecclesiam acquisi-  
 uit, *Actor. XX, 28. Io. X, 11. seqq.* Addatur B. noster  
*Gerhardus & Io. Braunius* ad hunc locum. Neque  
 ab hoc sensu discedit versio B. Lutheri, si quidem ver-  
 ba: *durch das Blut des ewigen Testaments / i. e.*  
*qui talis Pastor est per sanguinem æterni Testamenti, iti-*  
 dem



dem ad proxime antecedens, den grossen Hirten der Schaffe / referri possunt. Præter meritum itaque hæc versio adeo vapulat auctori der Untersuchung etlicher Dertter des Neuen Testaments.

THES. IX.

Nodum quoque in scirpo idem more suo quaerit, dum eandem versionem *Apocalyps. I.* & reprehendit, vbi Christus dicitur *πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν*, quod Lutherus vertit : der Erstgebohrne von den Todten; iuxta illum autem vertendum esset : aus den Todten. Scilicet metuit, ne quis in eam egrediatur sententiam, posse aliquem a mortuis gigni; cum tamen nemo, & rei ipsius, & linguæ Germanicæ intelligens, verba hæc aliter capere possit, quam hoc sensu : *Christum reuera fuisse mortuum. & primum, qui ex mortuis, sed propria virtute, reuixerit, ita quidem, ut nunquam moriturus iterum esset.*

THES. X.

Quid sibi Apostolus velit cum *I. Corinth. XV. 13.* dicit : *εἰ καὶ ἀνθρώπων ἐθνησιμάχιστα ἐν Ἐφέσῳ*, de eo inter interpretes non conuenit. Proprie *Ἐθνησιμάχισται* accipiunt Theodoretus, Primasius alique. Sed tam memorabile Apostoli fatum in historiarum monumentis plane prætermisum, quis sibi persuadeat? Nec obiectus Paulus bestiis dicitur, sed pugnasse cum illis; quod adeo de hominibus, ferinis animis, & moribus recte capias. Sic Cretenfes proprio sui Poætæ testimo-



❁ (9) ❁

monio : κηρες αι ψουςαι, vana Inpta, yasthet ayya.  
mala bestie. Tit. I, 12. Sic idem Apostolus Neronem  
2. Timoth. IV, 17. λεοντα leonem vocat, & Ignatius in  
Epist. ad Romanos S. 5. pag. 28. ex editione Cotelerii: *in*  
*Syria usque ad Romam cum bestiis depugno terra mari-*  
*que, noctu ac interdiu alligatus decem leopardis, qui est mi-*  
*litaris manipulus; ibi milites, leopardos vocat.*

THES. XI.

Nolo vos, inquit, Apostolus participes calicis  
domini & calicis demoniorum 1. Corinth. X, 20. Quid  
per calicem demoniorum hic loci intelligatur? meri-  
to quaeritur. Mihi nullum superest dubium, quin  
Apostolus ad mores idololatricos gentilium respiciat.  
Solebant enim Graeci inter epulas tria euacuare pocula:  
vnum in honorem Deorum Olympiorum; alterum in  
honorem heroum; & tertium in honorem Jovis σω-  
τηρ, αγαθη δαιμων, κη υγείας, qui sanitatem curaret  
ac tueretur. Ex pessimis istis Ethnicorum moribus flu-  
xit mos mutuis se poculis prouocandi, & ad sanitatem  
bibendi, vt erudite obseruat Stephanus le Moyne in no-  
tis ad varia sacra pag. 96. Videant ergo, qui hodie  
morem istum frequentant, tantum vt largius bibant,  
ne reuera participes fiant calicis demoniorum, dum  
tamen etiam participes esse cupiunt calicis Domini.

THES. XII.

Demonium nescio quod meridianum commemo-  
rant LXX interpretes Psalm. XCI, 6 quo ipso non-  
B nulli





nulli respiciunt ad ethnicorum opinionem, qui crede-  
 bant, daemones potissimum meridie esse timendos.  
 Qua de re copiose & erudite differit Jo. Clericus in  
*arte critica part. I. cap. I. §. 3.* Et hodie quoque,  
 plebeiorum animis eadem superstitio inhaeret, qui  
 tempore meridiano nescio quos daemones interdum  
 metuunt. Sed in textu Ebraeo nihil ejusmodi com-  
 paret, cum sermo ibi tantum sit de *peste* seu  
*excidio & exitio* maxima in homines grassante strage.  
 Possent tamen forte versio LXX hac ratione cum textu  
 Ebraeo conciliari, quod putaverint interpretes isti, per-  
 missione divina pestiferam luem a daemonibus malis in-  
 terdum induci. Sed quidquid huius sit, in fontibus E-  
 braeis nihil, quod superstitioni hominum fau-  
 eat, apprehenditur.

TANTVM



XII

Demum nescio quod mentium commemo-  
 rant. XX interpretes Psal. XCI. & duo ipso non-  
 nulli



01 A 6756

ULB Halle

003 099 423




3


*Retiro* ✓











B.I.G.

Farbkarte #13

DODECAS  
**OBSERVATIONVM  
PHILOLOGICARVM,**

quas

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORVSSLÆ, MARCHIONE BRANDENB.  
CETERA, ET DVCATVS MAGDEB. GVBERNATORE,  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

**IO. HENRICO MICHAELIS,**  
GRAECAE ET ORIENTAL. LINGVARVM  
P. P. ORDIN.

PRO PRIVILEGIIS ET HONORIBVS MAGISTRI PHILO-  
SOPHIAE ET ARTIVM RITE CONSEQUENTIS.  
eruditorum examini sistet

**MARTINVS MVSIG**

LVSATVS,

A. D. XX. Maji An. c1o 1o CCVII.

---

HALÆ, Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typ. 1707.